











I

SVETONIVS TRANQUILLVS DE PRAECLASE
GESTIS ROMANORVM.

PROCA REX Albanorum Amulium & Numitorem filios habuit: quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit: ut alternis imperarent. Sed Amulius fratri imperium non dedit. Et ut eum sobole priuaret filiam illius Ream Siluam uestae sacerdotem praefecit: ut uirginitate perpetua teneretur: quae a Marte compressa Romulum & Remum edidit. Amulius ipsam in uincla compegit: paruulos in Thyberim abiecit: quos aqua in sicco reliquit. Ad uentum Lupa accurrit. eosque uberibus suis aluit. mox Faustulus pastor collectos Accae Laurentiae coniugi educandos dedit. qui postea Amulio interfecto Numitori aui regnum restituerunt. Ipsi adunatis pastoribus ciuitatem condiderunt: quam Romulus augurio uictor quod ipse duodecim: Remus sex uultures: uiderat: Romam uocauit. Et ut eam prius legibus muniret: quibus moenibus edixit: ne quis uallum transiliret: quod Remus irridens transiuit. Et a Fabio Celere centurione rastro fertur occisus.

Romulus Asylum conuenis patefecit magno exitu facto cum uideret coniugia deesse: per legatos a finitimis ciuitatibus petiit quibus negatis ludos & consualia simulauit: ad quos cum utriusque sexus multitudo uenisset. dato suis signo: uirgines raptae sunt: ex quibus cum una pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur Thalassio eam duci responsum est: quae nuptiae: quia feliciter cesserant institutum est: ut in omnibus nuptiis. Thalassii nomen uocaretur. Cum foeminas finitimorum romanis ui rapuissent: primi Ceninenses contra eos bellum sumptum aduersum quos Romulus processit. & exercitum eorum ac ducem Acronem singulari praelio deuicit: spolia optima Ioui feretrio in capitolio consecrauit. Sabini ob raptas bellum aduersus romanos sumptum: & cum romae appropinquaret: Tarpeiam uirginem nacti: quae aquae causam sacrorum gratia hauriendae descenderat: ei Titus Tatius optione

*Proca
Amulius
Numitor*

Rea Silvia

*Amulio
Remo*

*Lupa
Faustulus
Acca Laurentia*

Fabius Celer


Asylum


Thalassio

*Acron dux
Sabini*

*Tarpeia
Titus Tatius*

Hmc. 384 139052





W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

Inc. 383 Fragm. a

Inc. 383

Inc. 384

Inc. 385

Inc. 386

Inc. 387

Inc. 388


Rkp.8076

Inc. 389

Inc. 390

Inc. 391

Inc. 392



1353



...

...

...

...

...

...

...

I

SVETONIVS TRANQUILLVS DE PRAECLASE
GESTIS ROMANORVM.

DROCA REX Albanorum Amulium & Numitorem filios habuit: quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit: ut alternis imperarent. Sed Amulius fratri imperium non dedit. Et ut eum sobole priuaret filiã illius Reã Siluiam uestæ sacerdotem præfecit: ut uirginitate perpetua teneretur: quæ a Marte compressa Romulũ & Remum edidit. Amulius ipsam in uincla compegit: paruos in Thyberim abiicit: quos aqua in sicco reliquit. Ad ualutem Lupa accurrit. eosque uberibus suis aluit. mox Faustulum pastor collectos Accæ Laurentiæ coniugi educandos dedit. qui postea Amulio interfecto Numitori auge regnum restituerunt. Ipsi adunatis pastoribus ciuitatem condiderunt: quam Romulus augurio uictor quod ipse duodecim: Remus sex uultures: uiderat: Romam uocauit. Et ut eam prius legibus munit: quæ moenibus edixit: ne quis uallum transiliet: quod Remus irridens transiliuit. Et a Fabio Celere centurione in raistro fertur occisus.

Romulus Asyllum cõuenis patefecit magno exercitu facto cum uideret cõiugia deesse: per legatos a finitimis ciuitatibus petiit quibus negatis ludos & cõsualia simulauit: ad quos cum utriusque sexus multitudo uenisset. dato suis signo: uirgines raptæ sunt: ex quibus cum una pulcherrima cum magna omnium admiratio ne duceretur Thalassio eam duci responsum est: quæ nuptiæ: quia feliciter cesserant institutum est: ut in omnibus nuptiis. Thalassii nomen uocaretur. Cum foeminas finitimorum romanis ut rapuissent: primi Ceninenses contra eos bellum sumptulerunt aduersum quos Romulus processit. & exercitum eorum ac duces Acronem singulari prælio deuicit: spolia opima Ioui feretro in capitolio consecrauit. Sabini ob raptas: bellum aduersus romanos sumptulerunt: & cum romæ. appropinquarēt: Tarpeiam uirginem nacti: quæ aquæ causa sacrorum gratia hauriendæ descenderat: ei Titus Tarius optione

*Proca
Amulius
Numitor*

Rea Silvia

*Romulus
Remus*

*Lupa
Faustulus
Acca Laurentia*

Fabius Celer

Asylum

Thalassio

*Acron dux
Sabini*

*Tarpeia
Titus Tarius*

M. 384

1390572



muneris dedit: si exercitum suum in capitolium perduxisset: illa petit quod illi in sinistris manibus gerebant: uidelicet anulos & armillas: quibus dolose repromissis sabinos in arcem perduxit. ubi Titus Tatius scutis eam obrui præcepit. Nam & ea in leuis habuerant. Romulus aduersus Tatum: qui motum Tarpeium tenebat processit: ac in eo loco ubi nunc romanum forum est pugnam conseruit. Ibi Hostius Hostilius fortissime dimicans cecidit: cuius interitu consternati romani fugere ceperunt. Tunc Romulus Ioui statori ædē uouit: & exercitus seu sorte seu diuinitus restitit. Tunc raptæ in mediū processerunt. Et hinc patres inde coniuges deprecata pacem conciliarunt. Romulus foedus percussit & Sabinos in urbem recepit populū a Curibus oppido sabinorum quirites uocauit. Centum senatores a pietate patres appellauit. Tres equitum centurias instituit: quas suo nomine Remnentes a Titio Tacio Tacientes a Lucmone luceres appellauit. Plebem in triginta curias distribuit easque raptarum appellauit. Cum ad caprea paludem exercitum lustraret nusquam comparuit. Unde inter patres & populū seditione orta Iulius Proculus uir nobilis in contionem processit: & iureiurando firmauit Romulum a se in colle Quirinali usum angustiore forma: cum ad deos abiret eundemque præcipere: ut a seditionibus abstinerent. uirtutem colerent. futurum ut omnium gentium domini existerent. Huius auctoritati creditum est ædes in colle Quirinali Romulo constituta: ipse pro deo cultus & Quirinus est appellatus.

*Tarpeius motus
Hostilius*

*Quirites
Patres
Tacientes
Tacientes
Luceres*

Iulius Proculus

Numa Pompilius

P

ost consecrationem Romuli cum diu inter regni discensiones orientur Numa Pompilius Pompeii filius Curibus oppido Sabinorum accitus cum addicentibus ciuibus Romam uenisset: ut populū ferum religione mollieret: sacra plurima instituit: ædem uestæ confecit: uirgines uestales legit: flamines tres. Dialem: Martialem. Quirinalem. Saltos Martis sacerdotes: quorum primus præful uocatur. duodecim instituit. Pontificem maximum creauit. Portas iano Gemmino ædificauit. Annum in duodecim menses distribuit: addito Ianuario & Februario

Salus sacerdos

II

Leges quoque plures & utiles tulit. Omnia quae gerebat iussu Egeriae Nymphae coniugis suae se facere simulans: ob hanc tantam iusticiam bellum ei nemo intulit. Morbo solutus: in Ianiculo sepultus est. ubi post multos annos scrinia cum libris a Terentio quodam exarata quae libri quae leues quaedam sacrorum res continebant ex auctoritate patrum cremati sunt.

O Vilius Hostilius: quia bonam operam aduersus Sabinos nauarat. Rex creatus bellum Albanis indixit: quod Trigeminorum certatione finiuit. Albam propter perfidiam ducis Metii Suffecti diruit. Albanos romam transire iussit. Curiam hostiliam constituit. Montem caelum urbi addidit. Et dum Numam Pompilium sacrificiis imitatur Ioui elitio litare non potuit. fulmine ictus cum regia conflagrauit: cum iter romanos & Albanos bellum fuisset exortu ducibus Hostilio & Suffectio placuit rem paucorum Certamine finire. Et erant apud Romanos Trigemini Horatii. Tres apud albanos Curiacii: quibus foedere icto concurrentibus statim duo romanorum ceciderunt. Tres albanorum uulnerati. Vnus Horatii quibus iteger. quae tribus impar erat fugam simulauit: & singulos per interualla ut uulnerum erat dolor interfecit. Et cum spoliis onustus rediret forem obuiam habuit: quae uiso paludamento sponsi sui: qui unus ex curiatis erat flere coepit. frater eam occidit qui apud Duumuires condemnatus ad populum prouocauit. ubi patris lachrymis condonatus: ab eo expiandi causa sub tigillum missus: quod nunc quoque uiae suppositum fororum appellatur. Metius Suffectus dux albanorum cum se inuidiosum appellatus uideret. quod bellum sola Trigeminorum certatione finisset. ut res corrigeret Vehementes & Fidenates aduersum romanos icertauit. Ipse Tullo in auxilium accersitus atiem in collem subduxit: ut fortunam belli experiretur ac sequeretur. Quare Tullus intelleda: magna uoce ait suo illud iussu Metium facere. Quare hostes uicti & territi sunt. Postera die Metius cum ad gratulandum Tullo uenisset iussu ipsius quadrigis religatus ac in diuersa distractus est.

Metius Suffectus

Brucy marag

Sneus Martius Numæ Pompili ex filia nepos ætate & religione auo similis latinos bello domuit. Auentinum & Martium montes urbi addidit. Noua moenia oppido circūdedit. Syluas ad usum nauium publicauit salinarum uestigal instituit. Carcerem primus ædificauit. Hostiam Coloniam maritimis com meatibus opportunam in hostio Thyberis deduxit. Ius foetiale: quo legati ad res repetendas uterentur ab equicolis trāstulit quod prius fertur Hesus excogitasse. His rebus intra paucos dies confectis immatura morte præreptus non potuit præstare qualem promisserat regem.

Luca Tarquini

Lucius Tarquinius Priscus Lucumo græci Demarati filius: qui Corinthi tyrannidem fugiens in Etruriam cōmigravit. Ipse Lucumo dictus urbe Tarquinius profogus Romam petiit: aduenienti

Tanaquil

Aquila pilleum sustulit: & cum alte subuolasset: rēpotuit. Tanaquil coniunx auguriorum perita regnum ei portendi intellexit. Tarquinius pecunia & industria dignitatem atq; etiā Anci regis familiaritatem consecutus a quo tutor liberis relictus regnum interceptit: & ita administrauit: quasi iure adeptus foret. Centum patres in curia legit: qui minorum gentium sunt appellati: equitum cēturias numero duplicauit. Nomina mutare non potuit Anci Neui auguris auctoritate deterritus: qui fidē artis suæ nouacula & cote firmavit. latinos bello domuit. Circum maximum ædificauit. Ludos magnos instituit. De Sabinis priscisq; latinis triumphauit. Murū lapideum urbi circūdedit. Filium aīnorum tresdecim q̄ i prælio hostē percussisset: prætexta bullaq; donauit. Vnde hæc fuerorum ingenuorum insignia esse cœperunt. post ab Anci liberis immisissis percussoribus per dolum regno exutus & interfectus est.

*priscam
mucina*

Sornia uilla

Seruius Tullius. p. Cornicularis & Ocretiæ captiuae filius: cum in domo Tarquini Prisci educaretur flammæ spesies caput eius amplexa est. Hoc uisu Tanaquil summam dignitatem portendi intellexit. Coniugi suasi ut eum ita ut liberos suos educaret: qui cum adoleuisset gener a Tarquinio assumptus est. & cum

Tanaquil

rex occisus esset. **Tanaquil** ex altior ad populum despiciens ait. **Priscum Tarquinium** graui quidem: sed non leetali uulnere accepto petere: ut interim dum conualesceret. **Seruius Tullio** audientes essent. **Seruius Tullius** quasi præcario regnare cœpit: sed recte imperiũ administrauit. **Etruscos** sæpe domuit. **Collem Quirinalem & Viminalẽ, & Esquilias** urbi addidit. **Aggeremq; ac fossam** fecit: populum in quattuor tribus distribuit: ac post plebi distribuit annonam. mensuras. pondera **Classes Centuriasq;** constituit. **Latinorum** populis per suasis uti exẽplo eorum: qui **Dianæ Ephesiæ** adẽ fecissent: & ipsi adẽm **Dianæ** in **Auentino** ædificarẽt. quo effecto bos quædã **Latino** mire magnitudinis nata est. **Responsum** somnio datum: eum populum summam imperii habiturum: qui prius bouem illam immolasset. **Latinus** bouem in **Auentio** egit: & causam sacerdoti romano exposuit. Ille callidus dixit prius uiuo eum flumine manus abluere debere. **Latinus** dum ad **Thyberim** descendit: sacerdos bouem immolauit. Ita imperium ciuibus sibi gloriam factõ consilioque uendicauit. **Seruius Tullius** filiam alteram ferocem: mitem alteram habebes: cum **Tarquinii** superbi filios pari animo uideret: ut omnium mentes morum diuersitate leniret: ferocem mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites seu forte seu fraude perierunt: feroces morum similitudo coniunxit statim. **Tarquinus** superbus a **Tullia** incitatus aduocato senatu regnũ repetere cœpit: qua re audita. **Seruius** dum ad curiam properat: iussu **Tarquinii** gradibus deiectus & domum fugiens interfectus est. **Tullia** statim forum properauit: & prima coniugem regem salutauit: a qua iussa turba decedere: cum domum rediret: uiso patris corpore multonem euitantem super ipsum corpus carpentum agere præcepit. **Vnde** uicus ille sceleratus dictus. **Postea Tullia** cum coniuge in exiliũ acta ẽ.

Sed naty

Q **Arquinius Superbus** cognomen moribus meruit. occito **Seruius Tullio** regnum sceleste occupauit. tamen bello strenuus: **Latinos: Sabinosq;** domuit. **Suessã pometiã Etruscis** erripuit. **Gabios**

*Expulsi
inceptis*
per Sextum filium simulato transfugio in potestatem rede-
git. & ferias latinas primus instituit. lac⁹ in Circo & cloachā
maximam fecit: ubi totius populi uiribus usus est. unde illæ
fossæ. **Quirium** sunt dictæ. **Cum** Capitollium inciperet ca-
put hominis inuenit. **Vnde** cognitum est eam urbem caput
gentium futuram. **Et** cum in obsidione **Ardee** filius eius **Lu-**
cretiæ stuprum intulisset cum eo in exilium actus: ad **Porse-**
nam **Ethruziæ** regem confugit. cuius ope regnum retinere tē-
ptauit pulsus **Cumas** cōcessit: ubi cum summa ignominia re-
liquum uitæ tempus exegit.

Unocan
Q **Arquinius Collatinus** sore **Tarquiniū Superbi**
genitus in contubernio iuuenum regionū **Ardeæ**
erat. **Vbi** cum forte in liberiore cōuiuio coniugē
suam: unusquisq; laudaret **Placuit** experiri. **Itaq;**
equis **Romam** petunt regias nurus in cōuiuio & luxu dep-
hendunt. **Exinde** **Collatiam** petunt: **Lucretiam** inter ancillas
in lanificio offendunt. **Ita** ea pudicissima iudicatur: ad quam
corrumpendam **Tarquinius** **Sexta** nocte **Colatiā** redit. & iu-
re popinquitatis ī domum **Collatini** uenit: & cubiculum **Lu-**
cretiæ irrupit. **Pudicitiam** expugnauit. **Ille** postera die aduo-
catis patre & coniuge rem exposuit. & se culro quē iuste te-
xerat occidit. **Illi** in exitium regum conuraruūt eorumq; exi-
lio necem **lucretiæ** uendicarunt.

Qui: brutus
I **Vnius Brutus** sore **Tarquiniū Superbi** genit⁹:
cum eadem fortunam timeret: in quam frater inci-
derat: qui ob diuitias & prudentiam ab auuncu-
lo fuerat occisus: stultiam finxit. **Vnde** **Brutus** di-
ctus iuuenibus regis **Delphos** euntibus ridiculi gratia co-
mes accit⁹ baculo sambuceo aurum infusum deo donum tu-
lit. **Vbi** responsum est eum **Romæ** summam potestatem ha-
biturum: qui primus matrem oscularetur. **Ipsē** terram oscu-
latus est. **Deinde** propter **Lucretiæ** stuprum cum **Tricipitino**
& **Collatino** ī exitiū regū cōiurauit qbus ī exiliū actis prim⁹
consul creat⁹ filios suos fratris que qd cū aqlis & utelis ad
recipiēdū ī urbē **Targnios** cōiurarūt uirgis cæfos securi per-
cussit. **Deinde** ī proelio q aduersus eos gerebat singulari certa

mine cū Arōre filio **T**arqnii cōgressus se ābo mutuis uulneri-
bus occiderūt. cui⁹ corp⁹ ī foro positū a collega laudatum :
matronæ anno luxerunt.

Porsena rex **E**thruscorum cum **T**arquintos in ur-
bem restituere temptaret. & primo impetu ianicu-
lum cepisset. **H**oratius **C**ocles illo cognomine q̄
in alio proelio oculū amiserat pro ponte sublicio
stetit: & aciem hostium sustinuit donec pons a tergo interrū
peretur: cum quo in **T**iberim decidit: & armat⁹ ad suos tra-
nauit. **O**b hoc tm̄ agri publice ei datū: q̄tum uno die circun-
arari potuisset statua quoque ei in **V**ulcanali posita.

*Horatius
cocles*

Porsena rex cum urbem obsideret: **M**uti⁹ **S**ceuola
cordequir romanæ constantiæ senatum adiit. **E**t
ueniam transfugiendi petit necem regis repromit-
tens. **A**cepta potestate in castra **P**orsenæ uenit.

*Mutius
Scevola*

Ibiq; purpuratum pro rege deceptus occidit. **A**pprehēsus &
ad regē pertractus dexterā artis imposuit. **H**oc supplicii area
exigens q̄ in cæde peccasset. **V**nde cū misericordia regis di-
straheret quasi beneficiū referēs ait trecētis aduersum eū si
miles cōiurasse: qua re ille territ⁹ bellū acceptis obsidibus de-
posuit. **M**utio **P**rata trās **T**iberi data ab eo **M**utia appella-
ta: statua quoq; ei honoris gratia cōstituta ē.

Celia uirgo

Porsena **C**eliam uirginem inter obsides accepit :
quæ deceptis custodibus noctu castris ei⁹ egressa
equū quem fors dederat arripuit. & **T**iberi tra-
iecit. **A** **P**orsena per legatos repetita: reddita. cui⁹
ille uirtutem admiratus: cum quibus optasset in patriā redi-
pmissit. **I**lla uirgēs pueros quæ elegit: quorum ætatē haud
iniuriæ obnoxiam sciebat. huic statua equestris in foro
posita est.

Romani cū aduersū uehiētes bellarēt: eos sibi ho-
stes familia fabiorū priuato noīe deposcit & p̄se-
cit. **T**recēti sex duce **F**abio cōsule fuerūt cū sæpe
uictores extitissēt apud **C**remerā fluuiū castra po-
suere. **V**ehiētes ad dolos cōuersi pecora exaduerso ī cōspcū
eorū protulerunt ad quæ progressi **F**abii in infidias delapsi
ad unum occisione perierunt. **D**iesq; quo id factum inter

Cremerā

nefastos relatus. Porta: qua profecti fuerant scelerata est ap-
pellata. Vnus ex ea gente propter impuberem ætatem domi
relictus genus propagauit: ad Fabium Maximum: qui Han-
nibalem mora fregit. Conclator ab oblectatoribus dictus.

Alerius publicol

Alerius Volesii filius. Primum de Vehientibus.
Iterum de Sabinis Tertio de utrisq; gentibus tri-
umphauit. Hic quia locum Tricipitini Collegæ
subrogauerat & domum in Velia tutissimo loco
habebat in suspensionem regni affectari uenit quo cognito
apud populum questus est: qui de se aliquod tale timuissent
& immisit qui domum suam dirueret. Secures etiã fascibus
dempsit eosq; in populi concione submisit. legem de prouo-
catione a magistratibus ad populum tulit. Hinc Publicola
dictus. um diem obiisset publice sepultus. Et annuo matro-
narum luctu honoratus est.

ulus posthumi

PArquinius eiectus ad Manilium Tusculanum ge-
nerum suum confugit: qui cum Latio concitato
romanos grauiter urgeret. Aulus Posthumi⁹ di-
clator dictus apud Rhegilli lacum cum hostib⁹
conflixit. ubi cum uictoria nutaret magister equitum equis
frænos detrahi iussit: ut irreuocabili impetu ferrentur. Vbi
& aciem Latinorum fuderunt: & castra ceperunt. Sed inter
eos duo iuuenes candidis equis insigni uirtute apparuerunt:
quos dictator quæsitos: ut dignis muneribus honoraret: nõ
repperit. Castorem & Pollucem ratus cõi titulo dedicauit.

*Castor
Pollux &*

Quintus Cincinnatus filium Cæsonem petulantif-
simum abdicauit qui & a censoribus notatus ad
uolscos & Sabinos confugit: q; duce Cælio Grac-
cho bellũ aduersum romanos gerebant. Et Quĩ-
tum Minutium consulem in Algido monte obsidebãt. Quĩ-
tus dictator dictus ad quem missi legati nudum eum arantẽ
trans Thyberim offenderunt: qui insignibus sumptis consu-
lem obsidione liberauit: quare a Minutio & eius exercitu ob-
sidionali donatus est. Vicit hostes: ducem eorum in dedicio-
nem accepit: & triumphi die ante currum egit. Sextodecimo
die: dictaturam: quã acceperat deposuit & ad agriculturã re-

*elius Cincinnatus
in muniting*

elius Cincinnatus

V

uerfus: ipse iterum post uiginti ānos dictator dictus. Sp. Me-
lium regnum affectantem a Seruillio Hala magistro equitū
occidi iussit domum eius solo æquauit. Vnde locus æqme-
lium dicitur.

M Enenius Agrippa cognomento Lanatus dux ele-
ctus aduersus Sabinos de his triumphauit. Et cū
populus a patribus secessisset: q̄ tributum & mi-
litiā toleraret: nec reuocari posset: Agrippa apud
eum olim inquit: humani artus cum uentrem otiosum cerne-
rent ab eo discordarunt: & suum illi ministerium negarunt
cum eo pacto & ipsi deficerent. Intellexerunt uentrem acce-
ptos cibos per omnia membra diserere: & cum eo in gratiam
redierunt. Sic senatus & populus quasi unum corpus discor-
dia pereunt: concordia ualent. Hac fabula populus regressus
est. Creauit tamen. tr. ple. qui libertatem suam aduersum no-
bilitatis superbiam defenderent. Menenius autem tanta pauper-
tate decessit: ut eum populus collatis quadratibus sepeliret.
Locum sepulchro senatus publice daret.

G N. Marti? captis. N. coriolis urbe uolscoyū cō-
riolanus dictus ob egregia militiæ facinora a Po-
sthumio optionem munerum accipiens equum
tantum & hospitem sumpsit uirtutis & pietatis exemplum
Hic consul graui annona aduectum e Sicilia frumentum ma-
gno pretio populo dandū curauit: ut hac iniuria plebs agros
non sediciones coleret. Ergo a. tr. pl. Decio dicta die ad uol-
scos concessit: eosq̄ duce Acio Tullio aduersum romanos
concitauit: & ad quartum lapidem ab urbe castra posuit. cū
q̄ nullis ciuium legationibus flecteretur a Veduria matre
& Volunnia uxore matronarum numero comitata mo-
tus omisso bello ut proditor occisus est. Ibi templum fortu-
næ muliebri constitutum est.

F Abius Ambustus ex duabus filiabus: alteram Li-
cinio Stoloni: alteram Aulo Sulpitio patritio cō-
iugem dedit: quarum plebeia cum sororem salu-
taret: cuius uir trimilitaris consulari potestate
erat fasees lictorios foribus appositos indecenter expauit: a
sorore irrita marito quæsta. q̄ adiuuante socero: ut primum tri-

*In Maragor
Lanid dicitur*

*Quæstus
Volunnia*

*Appius Claudius
Licinius Stolo*
bunatum pl. aggressus est: legem tulit: ut alter consul ex plebe crearetur. Lex resistente **Appio Claudio** lata tamē & primis **Licinius Stolo** consul factus. Idem lege fanciuit ne cui plebeio plus centum iugera agri habere liceret & ipse cū iugera centum quinquaginta haberet: altera emancipati filii nomine possideret. In iudicium uocatus: & primus omnium sua lege punitus est.

*Decemviri
Appius Claudius
Virginius*
P **Opulus** romanus cum seditiosos magistratus ferre non posset decemuiros legibus scribendis creauit qui eas ex libris **Solonis** translatis duodecī tabulis exposuerunt. Sed cum pacto dominatio nis magistratū sibi prorogaret. **V**nus ex ipsis **Appius Claudius** **Virginiam** uirginii **Centurionis** filiam in **Algido** militantis adamauit: quam cum corrumpere non posset clientē subornauit: qui eam inde posceret: si facile uicturus cum ipse esset accusator & iudex. **P**ater re cognita: cum ipse die iudicii superuenisset. & filiā iam addictā uideret: ultimo eloquio eius impetrato: cum eam ī secretum abduxisset occidit. & corpus eius humero gerens ad exercitum profugit: & milites ad uindicandum facinus accendit: qui creatis decem tribu. **A**uentinum occupauerunt. **D**ecemuiros abdicare se magistratu praeceperunt eosq; omnes aut morte aut exilio punierunt **Appius Claudius** in carcere necatus est.

Volturnus
R **Omani** ob pestilentia responsō monente ad **Aesculapium** **Epidaurō** accersendum decē legatos praecepit. q. **Volumnio** miserūt: qui cum eo uenissent & simulacrum ingens mirarentur: anguis e sedibus eius elapsus uenerabilis non horribilis per mediam urbem cum admiratione omnium ad nauem romanam perrexit. & se in **Volumnii** tabernaculo conspirauit. Legati deū uehentes **Antrium** proeucti sunt ubi per mollitiem maris anguis proximū **Aesculapii** fanum petiit. & post paucos dies ad nauem rediit. & cum aduerso **Thyberi** subueheretur in proximam syluam desiluit. **V**bi templum ei constitutum & pestilentia mira celeritate sedata est.

Quirius Camillus cum faliscos obsideret: ac ludi
 litterarum magister principum filios ad eum ab-
 duxisset uinctum cum iisdem pueris in urbem re-
 digendam tradidit. Statim falisci se ei ob tantam
 iusticiam dederunt. Vehios hyeme obsidione domuit. de-
 q; his triumphauit. Postmodum crimini datum q; albis eqs
 triumphasset: & prædam inique diuisisset: die dicta ab Apu-
 leio Saturnino tr. pl. damnatus Ardeam concessit. Mox cū
 galli Senones relicti ob sterilitatē agris suis. Clusiu Ethru-
 riaz oppidum obsiderent missi sunt Roma tres Rabi: qui gal-
 los monerent: ut ab oppugnatione desisterent: ex his unus
 contra iusgentium in aciem processit. ducem Senonum iter-
 fecit. Quo commoti galli petitis in deditiōem legatis. nec ī
 petratis Romam petierunt: & exercitum romanum apud ali-
 am fluuium occiderunt: die sextodecimo cal. Augusti: qui
 dies inter nefastos relatus alienensis dictus. Victores Galli
 urbem intrarunt. Vbi nobilissimos senum in currulibus &
 honorum insignibus: primo ut deos uenerati: deinde ut ho-
 mines despecti interfecere. Reliqua iuuentus cum Manlio in
 capitolium fugit. Vbi obfessa Camilli uirtute seruata est: q;
 absens dictator dictus collectis reliquis gallos improuisos
 internectione occidit: Populum romanum migrare uehios
 uolentem retinuit. Sic & oppidum ciuibus & ciues oppido
 reddidit.

*furius Camillus**falisci
uocentur**Galli in
obsidione**Manlius
Capitolinus*

Manlius ob defensum capitolium Capitolinus di-
 ctus sexdecim annorum uoluntarium se militem
 obtulit triginta septē militaribus donis a suis du-
 cibus ornatus: uiginti tres cicatrices in pectore
 habuit capta urbe: auctor in capitolium fugiendi fuit. Qua-
 dam nocte clāgore aferis excitatus. Gallos ascendentes deie-
 cit. Patronus a ciuibus appellatus: & farre donatus. domū
 etiam in capitulo publice accepit. Qua superbia elatus: cum
 a senatu supressisse gallicos thesauros argueretur: & addi-
 ctos propria manu liberaret regni affectati suspitione in car-
 cerem coniectus populi consensu liberatus est. Rursus
 cum in eadem culpa & grauius perseueraret & reus fa-
 ctus: & iob conspectum capitolii ampliatus. Alio deinde

loco damnatus: & de saxo Tarpeio præcipitatus: domus diruta: bona publicata: gentilitas eius Manlii cognomine iurauit. ne quis postea capitollinus uocaretur.

*In Immoderato
Cornelius Cossus*

Idenates fidei romanorum hostes: ut sine spe uenire fortius dimicarent legatos ad se missos interfecerunt. Ad quos. q. Cincinnatus dictator missus magistrum equitum habuit Cornelium Cossium:

qui Laertem Tolumnum ducem sua manu interfecit. De eo opina spolia: Ioui feretrio secundus a Romulo consecrauit. Hic bello samnitico sub Valerio Maxio & Cornelio Cossio consulibus. tr. militum exercitu in angustiis Gauri montis in fidiis hostium clauso. accepto quod postulauerat præsidio in superiorē locū euasit hostes terruit. Ipse interpesta nocte per medias custodias somno oppressas icolumis euasit. Ob hoc ab exercitu Ciuica corona de quercu: que dabat ei: q. ciues in bello seruasset: Obsidionali: quæ dabat ei: qui obsidione ciues liberasset donat. c. Consul bello latino collega Manlio Torquato positus apud Veferium fluuium castris: cū utriusque consuli somnio obuenuisset: eos uictores futuros: quorum dux in proelio cecidisset: cū collato cū collega somnio conuenisset: ut cuius cornu in acie laboraret: diis se manibus uoueret: in elunata parte sua se. & hostes per Valerium pontificē diis manibus deuouit. Impetu in hostes facto uictoriā suis reliquit.

Immoderatus

*Secundus
Manlius Torquatus*

Decius Decii filius primo consul de Samnitibus triumphans. spolia ex his Cereri consecrauit. Iterum & tertio consul multa domi: militiæque gessit. Quarto consulatu cum Fabio Maximo: cum galli. Samnites. Umbri. Tusci: cōtra romanos conspirassent. Ibi exercitu in aciem ducto: & cornu inclinante exemplum patris imitatus. Aduocato Marco Liuiο pontifice hastæ insistentis & solennia uerba respondens: se & hostes diis manibus deuouit: impetu in hostes facto: uictoriā suis reliquit. Corpore a collega laudatum magnifice sepultum est.

Oitus Manlius Torquatus ob ingenii & linguæ tarditatem a patre rus relegatus: cū audisset diem dictā

a Pompeio tribuno plebis nocte urbem petit. Secretum colloquium a tribuno impetrauit & gladio stricto dimittere eum accusacionem terrore multo compulit Sulpicio dictatoꝝ . tr. militum Gallum procuratorem occidit: torquem ei detractum ceruici se induit. Consul bello latino filium suum quod contra imperium pugnasset securi percussit. Latinos apud Veserium fluuium Decii kolegæ deuotione superauit. Consulatum recusauit quod diceret neque se populi uitia: neque illum seueritate sua posse sufferre .

Reliquas Senonum Camillus persequabatur aduersum ingentem gallum prouocatore . Solus Valerium Coruinus tr. militum omnibus territis processit. Coruus ab ortu solis galeæ eius insedit & inter pugnandum ora oculosque Galli uerberauit. Hoste uictio Valerius Coruinus dictus. hic cum ingens multitudo ære alieno oppressa Capuam occupare temptasset & ducem sibi Quintium necessitate compulsum fecisset sublato ære alieno seditionem compressit.

Camillus
coru: coruus

CAius Victurius & Spurius Posthumius consules aduersum samnites bellum gerentes a Pontio Telesino duce hostium per insidias seducti sunt. Nam ille simulatos transfugas misit: qui romanis dicerent Luceriam a samnitibus obsideri apud Laniam: quo duo itinera ducebant: aliud longius & tutius: aliud breuius & periculosius. Itaque cum insidias statuisset: qui locus furculæ claudinæ uocatur. Pontius accitum patrem Herennium rogauit: quid fieri placeret. Ille ait. aut omnes occidendos: ut uires frangerentur: aut omnes dimittendos: ut beneficio obligarentur. Vtroque implorato consilio. omnes sub iugum misit ex foedere: quod a romanis improbatum est. posthumius samnitibus deditus nec repetitus est.

C. victurius
Spurius post
humus
Pontius Tele
sinus

Vicius Papyrius uelocitate cursor cum consulem se aduersus omnibus aduersus samnites progressum esse sensisset: ad auspicia repetenda Romam regressus edixit Fabio Rullo: quem exercitui præponebat: ne manum cum hoste confereret. Sed ille opportunitate ductus pugnavit: reuersus eum securi feriri uoluit.

Vicius papyrius
Fabius Rullus

Ille in urbem confugit: nec supplicem tribuni tuebantur. De inde pater lachrymis populus precibus ueniam impetrauit. Papyri⁹ de samnitibus triumphauit. Item Præneſte cū prætorem grauiſſe increpuiſſet: expedi inquit Licitor ſecures. Et cum eum metu mortis attonitum uidiſſet icōmodam ambulantibus radicem excidi iuſſit.

IAbus Rutilianus primus ex ea familia ob uirtutem Maximus magiſter equitū a Papyrio curſore pœne percuffus ſecuri. Primum de Apulis & Lucernis. Iterum de Samnitibus. Tertio de Gallis: Vmbris: Marſis: atque Tuſcis triumphauit. Cenſor Liberti nos tribubus admōnuit. Iterum Cenſor fieri noluit: dicēs nō eſſe ex uſu populi romani eoſdem cenſores ſæpius fieri. Hic primus inſtituit: ut equites romani Idibus Quintilibus ab æde honoris equis infidentes in capitollium tranſirent. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congeſtum: ut ideſſe filius uiſcerationem & epulas publice daret.

CVrius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit. quos uſq; ad mare ſup̄ ppagauit. Regreſſus ī cōcione ait tm̄ agri cepi ut ſolitudo futura fuerit. niſi tantum hominum cepiſſem tātum porro hominum cepi: ut fame perituri fuerint: niſi tantum agri cepiſſem. Iterum de Sabinis triumphauit. Tertio de lucanis ouans urbem ītroiuit. Pyrrhum epirotam ex Italia pepulit. quaterna dena agri iugera uiritim populo diuiſit. Sibi deinde conſtituit: dicens neminem eſſe debere cui non tantū ſuſciceret. Legatis Samnitum aurum offerentibus cum ipſe ī foco rapas torreret malo hæc iquit in ſictilibus meis eſſe & aurum habentibus imperare. Cum interuerſe pecuniæ argueretur cadum ligneum. quo uti ad ſacrificia conſueuerat in meridium protulit. Iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili ī domum ſuam conuertiffe. A quam deīde anienem manibus hoſtium ī urbem induxit. Tr. pl. patres auctores fieri coegit. eommitis: quibus plebeus magiſtratus creabatur. Ob hæc merita domus ei apud Thyphatam & agri iugera quingenta publice data.

201

Appius Claudius Cæcus in censura libertinos quoque in senatum legit. epulandi decantandique ius ubi civibus in publico ademit. Duæ familiae ad Herculis sacra sunt destinatae: potitorum & pinarium. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit: ut sacra Herculeæ servos publicos edocerent. Unde cæcatus est. Gens potitorum funditus perit: ne consulatus cum plebeis communicaretur acerrime restitit: ne Fabius solus ad bellum mitteretur contradixit. Sabinos: Samnites: Etruscos bello domuit. usque Brundisium lapidibus stravit. Unde illa Appia dicta est: aquam anienem in urbem induxit. Censuram totum omnino quinquennio obtinuit. Cum de pace Pyrrhi ageretur. & gratia potentum per legatum Cimeam pretio quaeretur: senex & cæcus lectica in senatum latus turpissimas conditiones magnifica oratione discussit:

Pyrrius rex Epirotarum materno genere ab Achille paterno Hercule oriundus cum imperium orbis agitans romanos potentes uideret. Apollinem de bello consuluit: ille ambigue respondit. Aio te & acida romanos vincere posse. Hoc dicto in uoluntatem tracto: auxilio Tarentis uenit bellum romanis intulit. Leunium consulem apud Heracleam elephatorum nouitate turbauit. Cunctos romanos aduersis uulneribus occisos uideret. Ego inquit talibus uulneribus breui orbem terrarum subigere potuissem. Amicis gratulantibus: quid mihi cum tali uictoria inquit: ubi exercitus robur amittam? Ad uigesimalium ab urbe lapidem castra posuit. captiuos Fabricio gratis dedit. Viso leunium exercitu. Eandem sibi ait aduersus romanos quam Herculi aduersus Hydram fuisse fortunam. A Curio & Fabricio superatus. Tarentum refugit. In Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros regressus pecuniam Proserpinæ auertere temptauit. Sed ea naufragio elata est. Tum in gratiam regressus cum argos oppugnaret ictu tegulae prostratus est. Corpus ad Antigonum macedoniae regem delatum magnifice sepultum est.

Ulscini Etruriae nobile oppidum luxuria poene perierunt. Nam cum temere seruos manumitterent:

Lemig. oful

Decius Murena

dum in curiam legerent consensu feruorum oppressi: cum multa indigna paterentur. clam Romæ auxilium petierunt. Missusq; Decius Murena mox libertinos omnes aut in carce-
te necauit: aut dominis in seruitutem restituit.

Hieron

H Ppius Claudius Audax uictis uulscinensibus cognomēto Audax frater Cæci fuit. Consul ad Mærtinos liberandos missus est. Quorum arcem Carthaginenses & Hiero rex syracusanus obsidebant. Primo ad explorandos hostes fretum piscatoria nauē traiecit. & cum duce carthaginensium egit: ut præsidium arte deducerent. Rhegium regressus quinquagem hostiū copis pedestribus cepit: eam legionem ī siciliam traduxit. Carthaginenses Messana expulit Hierona regem proelio apud Syracusas in deditionē accepit. qui eo periculo territus romanorū amicitia petiit: eisdē postea fidelissimus fuit.

Himilco

O Neus Duellius primo punico bello dux contra carthaginēses missus: cū uideret eos multum mari posse. classem magis ualidam q̄ decoram fabricauit. Et quas coruos uocauere manus ferreas pri-
mus oīum cū irrisu hostiū instituit: q̄b' iterpugnādū hostiū naues apprehendit: qui uicti & capti sunt. Himilco dux clas-
sis Carthaginem fugit. & a senatu quæsiuit: quid faciendum censerent. Omnibus ut pugnarent acclamantibus: feci iquit: & uictus sum. Sic pœnam crucis effugit. Nam apud pœnos dux male re gesta puniebatur. Duellio concessum est: ut prælucente funali & præcinente tibia cœna publice rediret.

Duellio

Calpurnius

H Tilius Collatinus dux romanorum aduersus carthaginēses missus maximis & munitissimis ciuitatib' æna drepano lilybeo hostilia præsidia deiecit Panormum cœpit. Totamq; siciliam peruagatus paucis nauibus magnam hostiū classem duce Hamilcare superauit. Sed cum ad Cecinam ab hostibus obsessam festinaret: a pœnis in angustiis clausus est. ubi militum Calphurnius per flamas acceptis trecentis in superiorem locum euasit: consulem liberauit. Ipse cum trecentis pugnans cecidit: & postea ab Attilio semianimis inuentus est. Et sanatus

magno postea terrori hostibus fuit. ^{lx} **Attilius** gloriose triumphauit.

Hannibal regulus consulsus Salentinis triumphauit. Primusq; romanorum ducum in africanam classem traiecit. Duce Carthaginensium **Hamilcare** naues longas tres & sexaginta accepit. Oppida ducenta millia & hominum ducenta millia accepit: absente eorum coniuge & liberis eius ob paupertatem sumptus publice datus. Mox arte **Xantippi** lacedæmonii mercenarii militis captus in carcerem missus Legatus de permutandis captiuis Romam missus dato iure iurando: ut si non impetrasset ita demum rediret. In senatu conditionem disuasit. Reiectusq; a se coniuge & liberis Carthaginem regressus ubi in arca lignea cinctus clauis introrsum adactis uigiliis ac dolore punitus est.

Vatius Catullus primo punico bello trecentis nauibus aduersum pœnos profectus: sexcetas eorum naues com meatibus & aliis oneribus impeditas: duce **Hamilcone** apud ægades insulas inter siciliam & africanam depressit aut cepit. Finemq; bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit. ut Sicilia: Sardinia: & cæteris insulis intra Italiam africanamq; decederent. Hispania citra Hiberium fluuium abstinerent.

Annibal **Hamilcaris** filius undecim annos natus a patre aris admotus odium in romanos perenne iurauit. Exinde socius & miles in castris patris fuit. Eo mortuo causam belli quaerens. Saguntum romanis foederatam intra sex menses euertit. Tum alpiibus patefactis in Italiam traiecit. P. Scipionem apud Ticinium **Sempromium Longum** apud Trebiam. **Flaminium** apud Transimenum. **Paulum** & **Varronem** apud Cannas superauit. Cumq; urbem capere posset in campaniam diuertit: cuius delirus elatus. & cum ad tertium ab urbe lapide castra posuisset: tempestatibus repulsus. primum a **Fabio Maximo** frustratus: deinde a **Valerio Flacco** repulsus: a **Graccho** & **Marcello** fugatus: in africanam reuocatus. a **Scipione** superatus. ad **Antiochum** syriae regem confugit: eumq; hostem romanis fecit quo uictor

Xantippus

Saguntum

Pub. Sulp. Sempromius

Paulus Varro

Fabius Maximus

Valerius Flaccus

Gracchus

Marcellus


Antiochus

ad Prusiam Bithymiae regem concessit. Vnde Romam lega-
tione repetit? hausto quod sub gemma anuli habebat uene-
no absumptus ē. Positus apud Libissam ī arcā lapidea: ī qua
hodie quoq; inscriptū ē. **HANNIBAL HIC SITUS EST.**

Mundus

*Maliq; Saur
lud*

Abibus maximus cunctator ut uerucosus a ueru-
ca in labris. Ita ouicula a clementia morum: con-
sul de Liguribus triumphauit. Hannibalem mora
fregit. Minutium magistrū equitū imperio aqua
in sibi passus est & nihilominus periclitanti subuenit. Hanni-
balem in agro salerno inclusit. Manlium Stacilium trāsuge-
re ad hostes uolentem equo & armis donatis retinuit. Et Lu-
cano cuidam fortissimo ob amorem mulieris in frequenti cā-
dem emptam dono dedit. Tarentū ab hostibus recepit. Her-
culis signum inde transiatum ī capitolio dedicauit. de redē-
ptione captiuorum cum hostibus pepigit. Quod pactum cū
a senatu improbaretur: fundum surum ducentis millibus uen-
didit: & fidei satisfecit.



Cipio Nasica a senatu uir optimus iudicatus ma-
trem deum hospitio recepit is cum aduersum au-
spicia consulem se a Graccho nominatum compe-
risset. magistratu se abdicauit. Cēsor statuas quas
sibi quisq; in foro per ambitionem ponebat sustulit. Consul
Delminum urbem Dalmatorum expugnauit. Imperatoris
nomen a militibus: & ab senatu triumphū recusauit oblatū.
Eloquētia prim? iuris sciētia cōsultissimus: ingenio sapiētis-
simus. Vnde uulgo Corculum dictus.



Q Arcellus Viri domarum Gallorum ducem singu-
lari proelio fudit. Spolia legit apud nolā. Hanni-
balem prim? locorū āgustia adiut? uinci docuit:
Syracusas per tres annos expugnauit. Et cū per
calumniā triumphus a senatu negaretur. De sua sententia ī al-
bano monte triūphauit: quinquies cōsul: infidus. Hannibal-
is deceptus. & magnifice sepultus. Ossa Romam remissa a prae-
donibus intercepta petierunt.



I Annibale Italiā deuastante ex responso librorū
Sibylinorum mater deum e Pessimunte accersita

cum aduerso Thiberi ucheretur repente in alto stetit: & cum moueri nullis uiribus posset. ex libris cognitum est: castissimæ demum fœminæ manu moueri posse. Tum **Claudia** uirgo uestalis falso incestu suspecta deam orauit: ut si pudicam sciret sequeretur: & zona imposita nauem mouit. Simulacrū matris deū aduexit. Templum ædificauit **Nifca**: qui uir optimus iudicabatur.

*Claudia v d
Aralis*

Portius **Cato** genere **Tusculan** a **Valerio Flacco** Romam sollicitatus. **Tr.** militum in sicilia. **Quæstor** sub **Scipione** fortissimus: prætor iustissimus fuit. In prætura sardiniam subegit: ubi ab **Ennio** litteris græcis institutus. **Consul** celtiberos domuit: & ne rebellare possent litteras ad singulas ciuitates misit: ut muros diruerent: cū una quæq; sibi soli imparari putaret fecerunt. **Syraco** bello **Tr.** militum sub **M. Attilio Glabrione** occupatis **Thermopylarum** iugis præsidium hostium depulit. **Censor** **Lucium Flaminiū** cōsularē senatu mouit: q̄ ille in **Gallia** ad cuiusdam **Scorti** spectaculū erectū quēdā e carcere in conuiuio iugulari iussisset **Basilicam** suo noīe prim⁹ fecit. matronis ornamenta erepta oppia lege: repentibus restitit. **Accusator** assiduus malorum **Galbam** octogenarius accusauit. **Ibse** quadragies quater accusatus gloriose absolutus **Carthaginiem** delendam censuit post octinginta annos filium genuit. Imago huius funeris gratia produci solet.

Antig. Glab's

Hasdrubal frater **Hannibalis** ingentibus copiis in Italiam traiecit. **Actumq;** de romano iperio erat: si coniungere **Hannibali** copias potuisset. **Sed** **Claudius Nero**: qui in **Apulia** cum **Hānibale** castra conuinxerat relicta in castris parte cum delectis ad **Hasdrubalem** properauit. **Et** se **Liuiō** kolegæ apud **Senam** oppidum: & **Methaurum** flumen coniunxit. **Amboq;** **Hasdrubalem** uicerunt. **Nero** regressus pari celeritate qua uenerat: castrum **Hasdrubalis** ante uallum **Hānibalis** proiecit. **Quo** uiso ille uinci se fortuna **Carthaginis** cōfessus. **Ob** hæc **Liui⁹** triūphans. **Nero** ouans: urbem introierunt.

Cipio ex uirtutibus cognominatus Africanus Iouis filius creditus. Nam antequam conciperetur serpens in lecto matris apparuit. Et ipsi paruolo draco circumfusus nihil nocuit. in capitolium in tempesta nocte eunti canes nunquam latrauerunt: nec hic quicquam prius coepit: quam in cella Iouis diutissime sedisset: quasi diuinam mentem accepisset. decem & octo annorum patrem apud Ticinum singulari uirtute seruauit. Clade canensi nobilissimos iuuenes Italiam deserere cupiente sua auctoritate compescuit. Reliquias incolumes per media hostium castra Canusium perduxit: uiginti quattuor annorum praetor in Hispaniam missus Carthaginem qua die uenit cepit uirginem pulcherrimam: ad cuius aspectum accurrebatur ad se uenit ad duci. patrique eius ac sponso restitui iussit. Hasdurbalem Magonemque fratres Hannibalis Hispania expulit. Amiciam cum Siphace maurorum rege coniunxit. Maximissam in societate recepit. Victor domum regressus. consul ante annos factus concedente collega in africanam classe traiecit. Hasdurbalis & Siphacis castra una nocte prorupit. Reuocatum ex Italia Hannibalem superauit. Victis carthaginensibus legem imposuit: bello Antiochi legatus fratri fuit. Captum filium gratis accepit a Petillio: Trecentis. pl. repetundarum accusatus librum rationum in conspectu populi scidit. Hac die inquit uici Carthaginem. quasi bonum factum in capitolium eamus & diis supplicemus. Inde in uoluntarium exilium concessit. ubi reliquam egit aetatem. Moriens ab uxore petiit ne corpus suum Romam referretur.

Iulius Salinator: primo consul de illyriis triumphauit: deinde ex inuidia pecullatus reus ab omnibus tribubus excepta Metia condemnatus: iterum eum Claudio Nerone inimico suo consul ne publica discordia male administraretur amiciam cum eo iunxit: & de Hasdurbale triumphauit. Censor cum eodem collega omnes Tribus excepta Metia aëarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine: quod aut prius se iniuste condemnassent: aut postea tantos honores non recte tribuissent.

Laminus Flaminius: qui apud Trāsimenum perit
 filius: Consul Macedoniam sortitus ducib⁹ Cha-
 ropæ principis pastoribus regem Philippū præ-
 lio fudit castris exiit filium eius Demetrium ob-
 fidem accepit quem pecunia multarum in regnum restituit
 ab Onabide quoque lacedæmonio filium obsidem accepit.
 Ludos Iunoni Samiæ per præconem pronūtauit. Legat⁹ et
 ad Prusiā ut Hannibalē repeteret missus.

Vlui⁹ nobilior ætolos Orethanosque superavit.
 Vnde onans urbem itroiuit. Conatheos: qui bel-
 lo macedonico interfuerāt. Post ad Antiochum
 defecerant proeliis frequentibus victos & in Am-
 braciam oppidum coactos in deditioem accepit tamen si-
 gnis tabulisq; pictis spoliauit: de quibus triumphauit: quam
 uictoriam per se magnificam Marcus Ennius amicus eius in
 signi laude celebrauit.

Cipio Asiaticus frater Africani infirmo corpore
 tamen in africa uirtutis nomine a fratre laudat⁹:
 consul Antiochū regem Syriæ legato fratre apud
 Sipyllum montem: cum artus hostium pluuia he-
 berate fuisset uicit. Et regni relicti a patre parte priuauit hīc
 Asiaticus dictus post reus pecuniæ interceptæ: ne in carcerē
 duceretur Gracchus. Tr. pl. intercessit. Marcus Cato censor
 equum ei ignominia causa ademit.

Antiochus Syriæ rex nimia opum fiducia bellum
 romanis intulit. specie lysimachæ repetēdæ quā
 a maioribus suis in Thracia quondā romani pos-
 sidebant. Statimq; græciam insulasq; occupauit:
 in Euboea luxuria elanguit aduētū Attilii Galabronis exer-
 citus Thermopylas occupauit: unde industria Marci Catonis
 eiectus in asiam refugit nauali prælio cui Hannibalem præ-
 fecerat a Lucio Aemilio Regillo superatus. filium Scipionis
 africani quem inter nauigandum ceperat: patri remisit: qui ei
 quasi pro reddenda gratia suasit: ut amicitiam romanam pe-
 teret. Antiochus spreto consilio apud Sipyllum mōtem cum
 Lucio Scipione conflixit. Victus & ultra Taurum montem

relegatus a sodalibus quos temulentus in conuiuio pulsauerat: occisus est.

O Neus Manlius Vulscus missus ad ordinandam Scipionis asiatici prouinciam cupidine triumphum bellicum Prisdus & Gallogracis: qui Antiocho affuerant: intulit. His sicile uictis inter captiuos uxor regis Orgiagontis centurioni cuidam in custodia data a quo stuprata ui: de iniuria tacuit. Et impetrata redemptioe marito adulterum centurione interficiendum tradidit.

Iulius Paulus Aemilius filius eius: qui apud Cannas cecidit primo consulatu. quem post tres repulsas adeptus erat de liguribus triumphauit rerum gestarum ordinem in tabula pictam publice posuit. Iterum consul Persem Philippi filium apud Samothracas cepit quem uinctum fleuit. & assidere sibi iussit: tamen in triumphum duxit. In hac laetitia duos filios amisit: & progressus ad populum gratias fortunae agit: quod siquid aduersi reipublicae imminerebat: sua esset calamitate decusum. Ob hac omnia & a populo. & a senatu concessum est. ut ludis circensibus triumphali ueste uteretur. O huius licentiam & paupertatem. post mortem eius dos uxori nisi uenditis possessionibus non potuit exolui.

Tiberius Sempronius Gracchus nobilissima familia ortus. Scipionem Asiaticum quous inimicum duci in carcerem non passus: praetor galliam domuit. consul hispaniam. Altero consulatu Sardiniam. tantumque captiuorum adduxit. ut longa uenditione res in prouerbum ueniret. Sardi uenales. Censor libertinos: qui rusticas tribus occuparant in quattuor urbanas diuisit. Ob quod a populo collega eius Claudius: nam ipsum auctoritas tuebatur. reus factus. Et cum Claudium codemnasent Tiberius iurauit se cum illo in exilium iturum. Ita reus absolutus est. Et cum in domo Tiberii duo angues e geniali Toro reptissent responso dato. Eum de dominis periturum: cuius sexus anguis fuisset. Occisus amore Corneliae coniugis matrem interfici iussit.

Cipio Aemylianus Pauli macedonici filius a Sci-
pione Africano adoptatus in macedonia cū pre-
agens uictum persem tam pertinaciter persecutus
est: ut media nocte in castra redierit. Lucullo ī Hi-
spaniam legatus apud Intercatiā oppidū prouocatorē singu-
lari proelio uicit. Muros hostiles ciuitatis primus ascendit.
Tr. in africa cum Tito Manlio imperatore cohortes octo ob-
fisione uallatas consilio & uirtute seruauit: a quib⁹ corona
obsidionali donatus. Cum ædilitatem peteret: cōsul ante an-
nos ultro factus Carthaginem intra sex mēses deleuit. Numā-
tiā ī hispāia correpta pri⁹ militū disciplīa fame uicit hīc nu-
mātin⁹ dicit⁹. **C.** Lælio plurimū usus ad reges adēndos missus
duos secū præter eū seruos duxit. Ob res gestas supbæ Grac-
chū iure cæsum uideri respōdit obstrepēte populo. Taceant
iq̄uit qbus Italia nouerca ē nō mater & addidit: quos sub co-
rona uendidi. Cēsore Mūmio collega seniore in senatu ait.
Vtinā mihi collegar aut dedissetis: aut nō dedissetis. Susce-
pta agrariorū cā domi repente exāinis inuentus ē: obuoluto
capite elatus: ne luor in ore appareret. Huius patrimonium
ram exiguum ut triginta duas libras argenti: duas & semili-
bram auri relinqueret.

Quilius Hostilius Mancin⁹ prætor aduersum nu-
mantinos uerantibus auibus: & nescio qua uoce
reuoante profectus: cū ad Numantiā uenisset.
Exercitum Pompeii acceptum prius corrigere de-
creuit: & solitudinem petiit. Eo die Numantini forte solenni
nuptu filias locabant: & unam speciosam duobus competen-
tibus pater pullæ conditionem tulit: ut ei illa nubere: q̄ ho-
stis dextram attulisset. Profecti iuuenes abscessum romano-
rum in modum fugæ properantium cognoscunt: rē ad suos
referunt. Illi statim quattuor millibus suorum uiginti millia
romanorum ceciderunt. Mancinus auctore Tiberio Graccho
quæstore in leges hostium foedus percussit quo per senatum
iprobatō: Mancinus numantinis deditus nec receptus augu-
rio: ī castra deductus præturam postea cōsecutus est.

Vcius Mūmius deleta Achaia Achaicus aduersus Corinthios missus uictoriam alieno labore quæsitam itercepit. Nam cum illos Metellus macedonicus apud Heracleam fudisset: & duce Critholao priuasset: cum licioribus & paucis equitibus in Metelli castra properauit. Et Corinthios apud Leucopetrā uicit: duce Dioneo qui domum refugit: eamq; incendit coniugem interfecit & in ignem præcipitauit: ipse ueneno interit. Mūmius Corinthum signis tabulisq; spoliavit: quibus cum totā tam repleisset Italiam in domum suam nihil contulit.

Quintus Metellus Cecilius a domita Macedonia Macedonicus prætor Pseudo Philippum q̄ idē Andrisus dictus est uicit acheos bis prælio fudit Inuisus plebi ob nimiam securitatem & ideo tertio post duas repulsas cōsul ægre factus Arabicos in hispania domuit apud Cerebriam oppidum cohortes loco pulsas redire & locum recipere iussit. Cum omnia proprio & subito consilio ageret & amico cuidam: quid acturus esset roganti: tunicam inquit meā exurerem si eā cōsiliū scire existimarem. Hic quatuor filiorū p̄ supremo tpe humeris eorū ad sepulcrū latus ē. ex quibus tres cōsulares: unum etiam triumphantem uidit.

Quintus Cecilius Metellus numidicus: qui de Iugurta rege triumphauit Censor Quintium qui se Tiberii Gracchi filium mentiebatur incensum nō recepit. Idem in legem Apuleiam per uim latam iurare noluit. Quare in exiliū actus Smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus: cum ludis forte litteras in theatro accepisset: non eas prius legere dignatus est: q̄ spectaculum finiretur. Metellum sororis suæ uirum laudare noluit: q̄ olim is suum iudicium & leges detrectarat.

Quintus Metellus pius Numidici filius: pius quia patrem lachrymis & præcibus assidue ab exilio reuocauit prætor bello sociali Quintum Pompeium marforum ducem interfecit. Consul in hispania Herculeios fratres oppressit. Sertorium hispania expulit. Adolescens in petitione præturæ & pontificatus cōsularibus uiris prælatus est.

211

Tiberius Gracchus Africani ex filia nepos quaestor Mancino in hispania foedus eius flagitiosum probauit. Periculum deditiois eloquentiae gratia ef fugit. Tr. pl. legē tulit: ne quis plus mille agri iu/ gera haberet. Octauio collega intercedente nouo ex cōp/ o magistratum abrogauit. Deinde tulit ut ea familia: quae de Ar/ tali hæreditate erat ageretur: & populo diuideretur. Deinde cum prorogare sibi potestatem uellet: aduersus auspicia in publicum processit: statimq; capitolium petiit manū ad ca/ put referens. qua salutem suam populo commendabat Hoc nobilitas ita accepit: quasi diadema posceretur. Segniterque cessante Mutio consule: Scipio Nasica: sequi se iussit: qui sal/ uam rempu. uellent. Gracchum in capitolio persecutus op/ pressit. Cuius corpus Lucretii ædilis manu in Thiberim mis/ sum. Vnde ille Vispillo dictus. Nasica ut inuidiæ subtrahe/ retur per speciem legationis in asiam ablegatus est.

Gaius Gracchus Pestilentem sardiniam quaestor fortitus nō ueniente successore sua sponte disces/ sit. Asculane & Fragellane defectionis inuidiā sustinuit. Tr. pl. agrarias & frumentarias leges tu/ lit. Colonos etiam Capuam & Tarentum mittēdos censuit. Triumuiros agris diuidendis se & Fuluium Flaccum: & Ca/ ium Gracchum constituit. Minutio Rucco tr. pl. legibus suis abrogante in capitolium uenit. Vbi cū Atilius præco Opi/ mii consulis in turba fuisset occisus in forum descendit: & i/ prudens concionem a tribuno plebis auocauit. qua re accer/ situs cum in Senatum non uenisset armata familia Auenti/ num occupauit. Vbi ab Opimio uictus dum a Tēplo lunæ defiliit. Telum intorsit: & Pontino amico apud portam Trige/ minam. P. Lectorio in ponte sub licio persequentibus resistē/ te in locum furianæ peruenit. Ibi uel sua uel serui Eufori ma/ nu interfectus: caput a Septimio Atello amico Gracchi ad Opimum relatum auro expenso fertur: propter auaritiā i/ fuso plumbo grauius effectum.

Marcus Luius Drusus genere & eloquentia magnus sed ambiciosus & superbus ædilis munus magni

ficētissimum dedit. Et ibi Ruminio collegæ quædam de uti-
litate reipu. suggerenti. quid tibi inquit cum republica nra
Quæstor in asia nullis insignibus uti uoluit. ne quid ipso ef-
fer insignius. Tr. pl. latinis ciuitatem: plebi agros: equitibus
curiam: senatui iudicia permisit. Nimix liberalitatis fuit. Ip-
se etiam professus nemini se ad largiendum præter cœlum
& coenum liquisse. Ideoq; cum pœcunia egeret: multa cōtra
dignitatem fecit. Magulsam Mauritanix principem ob regis
simulatē profugum accepta pecunia Boscho prodidit: quē
ille Elephantō obiecit. Adherbalem filium regis numidarū
obsidem domi suæ sumpsit. Redemptionē eius occulte a pa-
tre sperans. Cœpionem inimicum actionibus suis resistentē
ait se de saxo Tarpeio præcipitaturum. Cōsuli legibus agra-
rius resistenti ita collum ī commitio obtorsit: ut multus san-
guis e naribus efflueret: quæ ille luxuria comprobans mor-
ti iam detrudi se dicebat. deinde ex gratia ī inuidiam uenit:
Nam plebs acceptis agris gaudebat. Equites læti lætabant.
Senatus permissis iudicijs exultabat. Sed forietatem cum eg-
tibus ægre ferebat. Vnde Liuius anxius: ut latinorū postu-
lata differret. qui promissam ciuitatem flagitabant. Repente
in publico concidit: siue morbo cōmitiali: siue hausto capri-
no sanguine semianimis domum relatus. Vota pro illo per
Italiam publice suscepta sunt. Et cum latini consulem in al-
bano monte interfecuri essent: Philippum admonuit: ut ca-
ueret. Vnde in senatu accusatus cum domum se reciperet ī-
misso inter turbam percussore corruit. Inuidia cædis apud
Philippum & Cœpionem fuit.

magulsa

Quius Marius septies consul arpinas humili loco
natus primis honoribus per ordinem functus le-
gatus Metello in Numidia: criminando consula-
tum adeptus: Iugurtam captum ante currū egit:
in proximum annum consul ultro factus Cymbros ī gallia
apud Aquas sextias Theutonas in Italia in campo Sauidio
uicit. Deq; his triumphauit. usq; sextum consulatum per or-
dinem factus. Apuleium Tr. pl. & Clautiam prætorē seditio-
sos ex senatus consulto iteremit. Et cum sulphitia rogatione

LIII

provinciam Syllæ eriperet armis ab eo uictus Mynturnis in
pallude latuit. Inuentus & in carcerem coniectus immisum
percussorem Gallum uultus auctoritate deterruit. Accepta
que nauicula in africam traiecit. Ibi diu exulauit. Mox Ci-
nana dominatione reuocatus ruptis ergastulis exercitum fe-
cit. Cæsisque inimicis ultus: septimo consulatu ut quidem fe-
runt uoluntaria morte decessit.

Caius Marius filius uiginti septem annorum con-
sulatum inuasit: quem honorem mater tam im-
maturum fleuit. Hic patri sæuitia similis: curiã
armatus obsedit. Inimicos trucidauit. quorũ cor-
pora in Thyberim præcipitauit. In apparatu belli quod cõ-
tra Syllam parabatur: apud Sacripotum uigiliis & labore
defessus sub diuo requieuit: & absens uictus fugæ non pu-
gnæ interfuit. Prænestem confugit: ubi per Lucretium Asteliã
obsessus temptata per Cuninulum fuga cum omnia septa in-
telligeret: uigulandum se Pontio Thelesino præbuit.

Lucius cornelius Cinna flagiosissimus rēpu. sum-
ma crudelitate uastauit. Primo consulatu ferens
de exilibus reuocandis legem ab Octauiio colle-
ga prohibitus & honore priuatus: urbe profu-
git. Vocatisq; ad pileum feruis aduersarios uicit. Octauium
interfecit. Ianiculum occupauit. Iterum & tertio cõsulem se
ipse fecit. Quarto consulatu cum bellum contra Syllam pa-
raret Anconæ ob nimiam crudelitatem lapidibus ab exerci-
tu occisus est.

Lauius Fimbria sæuissimus q̄ppe cinnæ satelles
Valerio Flacco consuli legatus in asiam profectus
per similtatem dimissus corrupto exercitu ducẽ
interficiendum curauit. Ipse correptus imperii in
signibus provinciam ingressus Mithridatem Pergamo expu-
lit. Illum ubi tardius portæ patuerunt icendi iussit. Vbi Mi-
neruæ templum in uolatum stetit. quod diuina maiestate
seruatum nemo dubitauit. Ibidem Fimbria militiæ principes
securi percussit. Mox a Sylla Pergami oppræssus corrupto
exercitu desertus se met occidit.

U Inacus genere Lusitanus ob paupertatem prio
mercenarius: deinde alacritate uector: audacia la
tro: ad postremum dux bellū aduersum romanof
sumpsit: Eorumq; imperatorē Claudium Muma/
num deinde. C. nigidium oppressit. Pacem a popilio maluit
integer petere: q̄ uictus: & cum alia dedisset: & arma retinerē
rur bellum renouauit. Cœpio cum aliter uincere non posset:
duos satellites pecunia corruptit: qui Vinacum humo depo/
situm peremerunt: quæ uictoria: quia empta erat a senatu
non probata.

M Arcus Aemilius Scaur⁹ nobilis pauper: nam pa/
ter eius q̄uis patritius ob paupertatem carbona
rium negocium exercuit. Idem primo dubitauit
honores petere: an argētariam facere. Sed eloquē
tiæ consultus ex ea gloriam peperit. Primo in hispania cor/
niculum meruit. Sub Oreste in sardinia stipēdia fecit ædilis
iuri reddendo magisq; muneri edendo studuit. Prætor aduer
sus Iugurtam tamen eius pecunia uictus. Cōsul legē de sum/
ptibus & libertinorum suffragiis tulit. Decium prætorem
transeunte ipso sedentem iussit assurgere: eique uestem scidit.
Sellam concidit. ne quis ad eum in ius iret edixit consul Li/
gures & Gantiscos domuit: atq; de his triumphauit. Censor
uiam Aemiliam strauit. Pontem Miluium fecit. Tantumque
auctoritate potuit: ut Opimium contra Gracchum. Varium
contra Glauciam: & Saturninum priuato consilio armaret.
Idem filium suum quia præsidium deseruerat in conspectū
suum uertit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem sibi cōsci
uit. Scaurus senex cum a Varro. Tr. pl. argueretur: quasi so/
cios & Latium ad arma cœgisset. apud populum ait. Varius
ueronēsis Aemyliū Scaurū ait & socios arma cœgisse. Scau
rus negat. Vtri potius credendum putatis.

I Vci⁹ Apulei⁹ Saturnin⁹ tr. pl. seditiosus: ut grām
Marianorum militum pararet: legem tulit: ut ue/
teranis cētena agri iugera diuiderent ī africa. In
tercedētē Bebiū collegā facta p populū lapidatōē

27

submouit : glautiæ prætori : quod is eo die:quo ipse concio
nem habebat ius dicendo partem populi aduocasset: fellam
concidit: ut magis popularis uideretur . **Q**uendam libertini
ordinis subornauit: qui se **T**iberni **G**racchi filium fingeret .
Ad hoc testimonium **S**empronia soror graccorū producta:
nec precibus : nec minis adduci potuit: ut dedecus familiæ
agnosceret. **S**aturninus **A**ulo **M**ummio **C**ompetitore inter
fecto tr. pl. reffectus. **S**iciliam . **A**chaïam . **M**acedoniam nouis
colonis destinauit. & aurum dolo an scelere **C**œpionis par/
tum ademptionem agrorum conuertit: aqua & igni interdi
xit ei : qui leges suas nō iurasset. **H**uic legi multis nobilibus
abrogantibus cum tōuisset clamauit. **I**am inquit nisi quiesci
tis grandinabit . **M**etellus **N**umidicus exulare quam iurare
maluit: **S**aturninus tercio tr. pl. reffectus ut satellitem suum
Glauciam prætorem faceret **M**ummium **C**ompetitorē eius
in campo **M**artio necandum curauit: **M**arius senatus consil
to armatus. ne quid respu. detrimenti caperet: quo censeretur
darent operam consules **S**aturninū & **G**lauciam ī capitoliū
persecutus obsedit. **M**aximoq; questu incisis fistulis in dedi
tionem accepit. nec deditis fides seruata est . **G**lauciæ fracta
ceruix **A**puleius cum in curiam fugisset: lapidibus & regulis
de super iterfectus est. **C**aput eius **R**aurius quidam senator
per conuiuia in ludibrium circum tulit .

Vetus **L**ycinius **L**ucullus nobilis disertus & di
ues minus quæstorium amplissimū dedit . **M**ox
per **M**urenam in asia clasem **M**itridatis & per
Ptolemæum regem **A**lexandrie consuli **S**yllæ
conci liauit. **P**rætor africanam iustissime rexit. **A**dversum **M**i/
thridatē missus collegam suum **C**ottā calcedoniæ obsessum
liberauit. **C**izicon obsidione soluit. **M**ithridatis copias ferro
& fame afflixit. eūque regno suo ponto expulit: quem rursū
cum **T**igrāne rege **A**rmenię subueniente magna foelicitate
superauit. **N**imius in habitu maxime signorum & tabularū
amore flagrauit. **P**ost cū aliena mente desipere cœpit: tutela
eius. **M**arco **L**uculo fratri permilla est .

C **O**rnelius **S**ylla in fortuna foelix dictus. cū parui
lus a nutrice ferretur mulier obuia: salue inquit

pueritibi & reipublicæ tuæ foelix : & statim quæ sita : quæ hæc dixisset nõ potuit inueniri . Hic quæstor **Marii** Iugurtham a **Bocho** in deditionem accepit . Bello **Cymbrico** & **Theutonico** legatus bonam operam nauauit . Prætor inter ciues ius dixit . Prætor **cyliciam** prouinciam habuit . Bello **sotiali** **famnites** **Hirpinosq;** supauit : ne monumenta **Bochi** tollerentur **Mario** restitit . Consul **asiam** fortitus : **Mithridatem** apud **Orchomenam** & **Cheroniam** prælio fudit . **Arche laum** præfectum eius **Athenis** uicit . **Portum** **pirrhæum** recepit : **Medos** . **Dardanos** in itinere superauit . Mox cum legatione **sulpitia** imperium eius transferretur : ad **Marium** in **Italia** regressus corruptis aduersariorum exercitibus **Car bonem** **Italia** expulit . **Marium** apud **portum** **Thelesinum** apud **portam** **collinam** uicit . **Mario** **Præneste** interfecto felicem se edicto appellauit . **Proscriptionis** tabulas primus proposuit . **Nouem** millia **deditorum** in uilla publica cecidit . **Numerum** sacerdotum auxit . **Tribunitiam** potestatem minuit . **Re publica** ordinata dictaturam deposuit . Vnde spe deceptus **puteolos** concessit . Et morbo : qui **Tiriasis** uocatur interiit .

Mithridates rex **Ponti** oriundus a septem persis : magna ui animi & corporis : ut sex iuges equos regeret : quinquaginta gentium ore loqueretur . Bello **sotiali** **dissidentibus** **romanis** : **Nicomedem** **Bithy mia** : **Ariobarzenem** **capadocia** expulit . litteras per totam **asiam** misit : ut quisque **romanus** esset certa die interficeretur : & factum est . **Græciam** **insulasq;** omnes : excepta **Rhodo** occupauit . **Sylla** eum prælio uicit . **Classem** eius proditione **Archelai** interceptit . **Ipsam** apud **Dardanum** oppidum fudit : & oppressit : & potuit capere : nisi aduersum **Marium** festinans : qualemcumque pacem componere maluisset . Deinde eum **argis** resistentem **Lucullus** fudit . **Mithridates** post a **Pompeio** nocturno prælio uictus in regnum confugit : ubi per seditionem popularem a **Pharnace** filio in turre obsessus uenenum sumpsit . Cum id tardius biberet . quia aduersum uenena multis antea medicamentis corpus firmarat immisissum percussorem **Gallum** cito cum auctoritate uultus territum reuocauit : & in eadem suam manum trepidantis adiuuit .

pri

O Neus Pompeius Magnus bello ciuili Syllæ par-
tes secutus ita egit: ut ab eo maxime diligeretur.
Siciliam sine bello a proscriptis recepit Numidi-
am hyarbæ ereptam Maximisse restituit. Viginti
sex annorum triumphauit. Lepidum acta Syllæ rescindere
uolentem priuatus Italia abrogauit. Prætor in hispaniam
pro cõsulis missus Sertorium uicit. Mox piratas intra qua-
dragesimum diem subegit. Tigrannem ad deditiõnẽ Mithri-
datem ad uenenum compulit. Deinde mira felicitate rerum
i septentrionem. Albanos. Colchos. Eniochos. Caspios. Hi-
beros. Nunc in orientem. Parthos. Arabes atq; iudeos cum
magno sui terrore penetrauit. Primus in hyrcanum rubrũ
& Arabicum mare usq; peruenit. Moxque diuiso orbis im-
perio: cum Crassus Syriam. Cæsar Galliã. Pompeius urbem
obtineret. Post cædem Crassi Cæsarem dimittere exercitum
iussit. Eius infesto aduentu urbe pulsus in Pharsalia uictus
ad Ptolæmeum regem Alexandriae fugit. Huius latus sub
oculis uxoris & liberorũ a Phothyno Ptholemæi præfecto
mucrone confossum est. Iamque defuncti caput præcissum
gladio: quod usq; ad ea tempora fuerat ignoratum. Truncus
Nilo iactatus a Seruio Coadro rogo iustus humatusque est.
Inscribendo in eiusdem sepulcro.

Hic positus est magnus. P. caput ab achilla satelli-
te Aegyptio: uelamine inuolutum cum anulo Cæ-
sari præsentatum est. Qui non continens lachry-
mas. Illud plurimis & preciosissimis odoribus
cremandum curauit.

DE REBUS PRAECLARE GESTIS VIRORVM IL-
LUSTRIVM.

Romanas acies regumque illustria facta.
Siculis hoc sumas fac breue lector opus:
Quod breue sit quamuis: ingentia pondera rerum
Continet. & uictorum fortia facta uirum.

THE PRESBYTERIAN CHURCH OF
THE CITY OF NEW YORK
RECORDS OF THE BOARD OF
MANAGEMENT
FOR THE YEAR 1851
COMMUNICATED TO THE
GENERAL ASSEMBLY
AT THE ANNUAL MEETING
Held at the City Hall
on the 15th day of
January 1852
BY
JAMES W. WALKER
SECRETARY

12

in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde

in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde

in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde

in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde

in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde

in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde
in rebus hinc inde

non

